per peremptorios, vera infirmitate pro maiori; minorennita
te successorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari
ad munimenta ad evictorem, vel alijs quibusuis dilationibus et
legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem vl
tra proximos officij praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis
Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones
appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa
omnia, poenis simplicibus, vel triplicatis euasionibus, suspensio
nibus, fatalibusque Iuris, praescriptione Terrestri, bello, Conventio
nibusque, vel alijs quibusuis Iuris remedijs et defensis non
subterfugiendo, nec modo quouis euadendo, tribusuis praesenti
bus personalibus Recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

Vigore Laudi Feria Sexta post Festa Solennia Sacri Pentecosten proxima Año Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo nono Szeptycki Pánikowskiemu Scriptum Roborat.

14/VI 1669

Comparens personaliter coram officio hoc praesentibus Castrensi
Capitanealibus Praemisliensi Generosus Constantinus Szeptycki sanus men
te et corpore existens à Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictio
nibusque suis quibusuis proprijs et competenti recedendo. Praesenti
vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum
hunc attinet seium Successoribus, ac bonis suis generaliter omni

bus

bus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse se ac suos succes- res, in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque prius quibusuis habitis et habendis inscribit et obligat praesentis, scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Generosi Joannis Danilowski, ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto contentarum, et praecipue ratione summae Trecentorum Nonaginta florenorum polonicalium datum, de actu et data illius Praemisliae die hodierna in actu contenta conscriptum, manu sui Recognoscentis propria subscriptum, in omnibus et singulis, eiusdem scripti manualis conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadiis, ligamentis, ac nexibus in universum omnibus, eidem Generoso Joanni Danilowski ipsiusque posteris firmiter tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter observare, obusque et singulis, eiusdem scripti manualis contentis, tam in toto quam in quavis minima parte, toties quoties opus fuerit satisfacere. scriptum praefatum manuale, ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictum scriptum manuale vicissim in toto referendo, Idque sub rigore Juris in eodem scripto manuali contento, quo cumque Recognoscentem vel eius Successores, supramemorato Generoso Joanni Danilowski vel eius posteris ob non completionem Contentorum scripti praefati manualis omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad Luendum Succumbendo. Pro quo quidem Rigore modo praemisso ad Luendum succubito, ac pro re aliqua principali ex contentis scripti praefati manualis non completa complenda Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Constantinus Szeptyski sive eius Successores ad Instantiam praefati Generosi Joannis Danilowski vel eius Posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense, ex- tunc recessu supraseripto quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio

ptorio, Stare, iuri parere, respondere, Rigorem praefatum luere Inscriptioni huic satis facere, ac omnes, Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores, ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, causa eius dem Terminos semper peremptorios, vera Infirmitate, pro macori, minorennitate, Successionum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta, ad Curiorem, vel alijs quibusvis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem ultra proximos Officij praefati Castrensis, Capitanei Praemislien Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones, appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris praescriptione Terrestri, bello, Conventioneq ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Hac sua sponte praesenti Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Terleckie Kanowskiemu obligat.

Comparentes personaliter coram Officio Actisq praesentibus Castren Capitanealibus Praemislien Nobiles Constantinus Terlecki Symbowiez, olim Nobilis Lucae Terlecki Symbowicz cum Nobili Cathenina Nanowska Consorte eius legitima procreatus filius atq praefata Nobilis Cathenina Nanowska primarum supra scripti olim Nobilis Lucae Terlecki Symbowicz, ac praesentiarum secundarum Nuptiarum Nobilis Lucae Wrzesłowski Consors derelicta vidua Iurium suorum bona infrascripta a priore marito suo habitorum Domina Reformatoria et usufructuaria Sanimentibus et Corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus recedentes praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni